Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26489
Copyright: Admont, Benediktinerstift



iacebant: cum mos patrius occiderat:
cum ferro pulsis magistratibus Senatus
nomen in re pub. non erat Predonum
ille concursus. & te duce latrocinium
in foro constitutum. & reliquae coniu
rationis a Catellinae furijs. ad tuum scelus
furoremq; conuersae non ciuitas erat Itaq;
pulsus ego ciuitate non sum ut esset in
re. p. consul que nulla erat. Accersitus
in ciuitatem sum ut esset in re p. consul
q tum nullus fuerat: esset Senatus q
tum occiderat. esset consensus populi liber
esset iuris & equitatis. que uincula sunt
ciuitatis repetita memoria. Et iude q
ista tui latrocinij tela contempserim. Iac
tatam & immissam a te nefariam in me
iniuriam semper dixi peruenisse ad me
nunq; putaui: nisi forte cum parietes
disturbarat. aut cum tectis scelerates
faces inferebas. meorum tunc aliquid
aut deflagrare aut ruere arbitrabare